Venerabili in xpo patri .. dei gra Epo Costantien vel eius Vicar in spualibus Philippus miseratione diuina Eps Portuen

.iiij. Salt et sinceram in dno caritatem. Ex parte .. Omnium et singulor utriusqz sexus hominum et incolar terrar [illegible]
supra et subsilua tue dioc nobis oblata petitio continebat qd ipi in excelsis montibus habitant in quibus ob frigiditatem regionis
ipius oleo oliuar vino et piscibus et ceteris cibis quadragesimalibus carent et ideo non valentes premissa aliunde comode habere
neqz aliter propter urgentem necessitatem eor corpora comode sustentare butiro loco olei et alijs lacticinijs ipi expo-
nentes eorqz predecessores a tanto tpore citra de cuius contrario memoria hominum non existit quadragesimalibus et alijs
diebus ieiunalibus usi sunt et utuntur. Quare supplicari fecerunt humiliter dicti exponentes eis eorqz posteris et successoribus
super hijs per sedem aplicam de oportuno remedio mi prouideri. Nos igitur attendentes qd necessitas non est sub lege sed potius
quod alias est illicitum necessitas ipa licitum facit. Auctte dni pp cuius primarie curam gerimus Et de eius spali mandato
super hoc viue vocis oraculo nobis facto Circumspectioni tue comittimus quatenus premissis diligenter consideratis et eisdem
veris existentibus si aliter eor corpora comode sustentare non possint super quibus tuam conscientiam oneramus
ipos exponentes ab excessibus hmodi absoluatis et iniuncta inde eor cuilibet pro modo culpe pnia salutari cum prefatis exponentibus
[illegible] posteris ac successoribus qd diebus quadragesimalibus et alijs diebus ieiunalibus predictis butiro loco olei et alijs lacticinijs
uti possint et valeant Auctte et mandato predictis dispensetis iuxta tam eisdem prout secundum deum animar ipor saluti
videritis expedire. Dat Rome apud Sanctumpetrum sub sigillo officij primarie .ij. Non. Aprilis. Ponti dni Sixti
pp iiij Anno Secundo

L. de Leys